



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De impiorum in damnis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, stultitia.
96.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

S A C R A

monem, Si exaltatus fuero à terra
omnia traham ad meipsum, piis
omnibus conuenire ait, iis nem-
pè quos Pater præsciuit, & præ-
destinauit conformes fieri imagi-
ni filij sui, vt sit ipse primogeni-
tus in multis fratribus.

De impiorum in damnis,
tam spiritualibus, quàm
temporalibus,
stultitia.

96.

*C*um vestes raperet prado, nummósque paternos,
*A*d sua ridebat maxima damna puer.
*A*t cum etiam efferrí puerilia ludicra vidit.
*C*onfestim in fletus proruit ipse graues.
*S*ic sunt, qui rident, nec cessant ludere, seuus
*C*um Satanas illis non peritura rapit.
*A*st illis bona si rapiat mortalia quisquam,
*I*n fletum & lachrimas nocte diéque ruunt.

S C H O L I A.

Cum vestes raperet) Chryso-
stomus eleganti aduersus Genti-
les similitudine vitur, quæ

à terra quidem ad eos omnes in vniuer-
 sam extendi potest, qui fluxis &
 fragilibus rebus ita affixi sunt, vt
 & præ spiritualia detrimenta sine vllò
 coloris sensu accipiāt, in terrenis
 autem ac temporalibus iacturis
 incredibile quodam animi mœ-
 rore conficiantur. Nam cum à
 quodam rectè proditum fuisse
 dixisset (nempe ab Ægyptio se-
 ne, vt refert Plato in Timæo,
 non à Diogene, vt quispiam
 ad marginem illic annotauit)
 Gentiles pueros semper esse, ac
 multa alia attulisset, quam obrem
 pueris illi comparari meritò
 possent, hanc quoque similitu-
 dinem affert: Pueri cum furem
 domum ingressum, & quæ domi
 sunt auferentem conspiciantur,
 non modò non eum vlciscun-
 tur, sed etiam insidianti arri-
 dent. Si autem calathum eis, vel

S A C R A

sistrum, vel quiduis aliud ludicri
 abstulerit, molestè id ferunt, ani-
 mo anguntur, se lacerāt, calcibus
 pauimentum pulsant. Itidem gē-
 tiles, cū diabolū omnia, & patri-
 moniū, & quæ ad vitā necessaria
 sunt, surripientē videant, tanquā
 ad amicum obuiam proficiscun-
 tur. Verūm si quis possessiones,
 diuitias, & alia eiusmodi auferat,
 lamentantur, & se lacerant. Huc
 etiam facit quod Bernardus hæc
 verba Cain exponens, Quicun-
 que me inuenerit, interficiet me,
 reprobos corporis vulnera gra-
 uiora semper quàm animi existi-
 mare solere ait.

 De Dei ac mundi pollicita-
 tionibus.

97.

*V^T mundus, sic sunt mundi promissa: quod ipse
 Promittit, fictum est, fictus ut ipse quoque est.*